



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

XX. Junii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

nis & Florentina Soror S. Leandri Hispalensis Episcopi hodie nascitur: Hæc 40. monasteriis in Ordinis S. Benedicti præfuit, in singulis magnarum raræ virtutis edens specimina; Ex iis unum Dominæ nostræ de valle vocabatur, in quo 300. Moniales ad cultum Marianum erudiebantur. *Balingh.* Scis quomodo? Exemplo, non præcepto.

S. Florentina esto & mea in amore Mariæ Magistra, doce me eam venerari ut advocatam, colere ut Dominam, amare ut Matrem; de valle lachrymarum nunc ad eam suspiro; ora ut illa me aliquando educat super montem Sion, ubi gemitu deterso sit pax & consolatio immortalis. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima lego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium, possibilium & actualium creaturarum affectu, amare, tibi usque ad ultimum &c. *fol. 2.*

Ad quod impetrandum, aliquid agam hodie pro honore B. Virginis, ex quo alii quoque exemplum sumere possint, qui voluerint.

Aurora rutilans es Maria, veri solis splendorem præcessisti, ut verè diem salutis, diem propitiationis à tua claritate initiare dignum fuerit. *B. Alcuinus de Nat. B.V.*

Quæstio: An viri, an mulieres plus devoti B. Virgini? H 5 XXI.